

## Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



POLVS ARCTICVS  
AC TERRARVM CIRCVM-  
iacentium descriptio.

**G**ENERALI descriptione (Candide Lector) totius orbis terræ & quatuor parti-  
um eius iuxta naturæ ordinem methodice repetita & præmissa, statui ad imitati-  
onem Ptolemæi Cosmographorum principis ab ipso polo & regionibus sub ip-  
so circumiacentibus, singularum deinceps particularum Geographiam inchoa-  
re: vt nimirum ab alto ad inferiora descendens & à sinistris ad dexteriores progre-  
diens septentrionem cum austro & occidentem cum oriente paulatim coniungam: Quod vt  
mihi rei q; publicæ Christianæ fœlix faustumq; sit, Deum optimum maximum præcor & ob-  
testor. De harum autem terrarum & præcipue polo vicinarum regimine & statu nihil certi  
Europæis adhuc constat: bona tamen spes est, quotidianis Anglorum & Batauorum per bore-  
aliora transitum ad Moluccas certatim quærentium nauigationibus, earum situm & termi-  
nos breui certiores detectos fore. Duæ tantum habitationes in extremis quasi septentrionis,  
in Groenlandia videlicet, nobis notæ sunt, Alba II: o. 74: 45. & S. Thomæ Cœnobium 16: o.  
75: 12. Figuram sumpsimus quæ illi parti orbis maxime congruebat, quæque situm & faciem  
terrarum, qualis in sphaera esset, redderet. Quod ad descriptionem attinet, eam nos accepimus  
partim ex Hugonis Villoughbei equitis, Richardi Chanceleri, Stephani Boroughij, Arturi  
Pet. & Caroli Iacmans, Iacobi Aldaij, Martini Frobischeri, Iohannis Dauis & aliorum Anglo-  
rum nauigatorijs obseruationibus, partim ex itinerario Iacobi Cnoyen Buseoducensis, qui re-  
fert (quod tamen ab alio prius accepit) Minoritam quendam Anglum Oxoniensem Mathema-  
ticum terras polo circumvicinas descripsisse & astrolabio dimensum esse in hanc sequentem  
formam fere, vt ex Iacobo collegimus. Euripos illos quatuor dicit tanto impetu ad interio-  
rem voraginem rapi, vt naues semel ingressæ, nullo vento retroagi possint, neque vero vnquã  
tantum ibi ventum esse vt molæ frumentariæ circumagendæ sufficiat. Simillima his habet  
Giraldus Cambrensis in lib. de mirabilibus Hiberniæ, sic enim scribit: Non procul ab insulis  
Ebudibus, Islandia &c.) ex parte boreali est maris quædam miranda vorago, ad quam à remo-  
tis partibus omnes vndique marini fluctus tanquam ex conducto confluunt & concurrunt, qui  
in secreta naturæ penneralia se ibi transfundentes quasi in abyssum vorantur, si vero nauem  
hanc forte transire contigerit, tanta rapitur & attrahitur fluctuum violentia, vt eam statim ir-  
reuocabiliter vis voracitatis absorbeat.